

Dilecti filij salutem et Apostolicam benedictionem. Fidelitatis et deuotionis uestrae sinceritas, qua erga nos et sedem apostolicam geritis, nos inducat: ut uos specialibus gratiis et favoribus prosequamur. Itaque omnia et singula statuta uestra ordinationes, necnon priuilegia, gratias, concessiones, immunitates, et indulta, uobis et ciuitati uestrae per Romanos Pontifices predecessores nostros et ab eis potestate habentes concessas et concessa. Illas et illa uel que iusta et rationabilia sunt, et contra libertatem ecclesiasticam non faciunt, tenere perentium approbamus auctoritate apostolica et confirmamus, prout hactenus laudabiliter obseruata extiterunt. Insuper de pecuniis quas occasione subsidij et alis quomodolibet cameram apostolicam annuatim soluere tenemini, tertiam partem unius anni proxime futuri ad debitum perentium computandi in reparatione murorum uestrorum conuertendam, uobis remittimus, et liberaliter condonamus. Mandantes Thesaurario nostro patrimonij perentium et per tempore exanti quatenus reuersione quae dicta tertia in premissum et non alium usum conuertatur, eam in uestris computis admittat, prout nos admittimus in suis perentibus. Dat. Rome apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die. XI. Decembris. Mcccclxiiii. Pontificatus nostri Anno Primo.

L. dathus.

Confirmatio Pauli Papae secunda Statuta et privilegia Terrae Aquae
pendentis h. relicta patris Archiepiscopi bartholomaei solutionis sub anno
unius anni pro reparacione murorum sub anno 1464.

Dilectis filiis civitati et hominibus
Terrae nre Aquae pendentes.



Fantini 11 anni